

D A N I E L,

S I V E,

D E S A E C V L I S C O D E X I N T E G E R,

A

B E N E D I C T O A R I A M O N T A N O
H I S P A L E N S I R A T I O N E M E X S A C R I S
nominibus subducente, conscriptus.

T Y P O G R A P H V S L E C T O R I L

¶ NIA fere qua de temporum ratione significata maioribus summis in
sacra E b l i o r u m h i s t o r i a n o b i s c r e d e n d a p r o p o n e b a n t u r , m i n u t i s n u m e r i s è p r o -
p r i u s l o c a s s i g n a l i t i m i n h u n c c o d i c e m r e l a t a , i a m v e l u t d e m o n s t r a t a t e n e r e
l i c e b i t . E x p e c t a b i s v e r ò a b a n c t o r e i p s o (t a n t u m D e u s i l l u s c o n t o n d e t)
m a i n s o n s , i n q u o h i s t o r i a r u m i n s p e c i e m c i r c a t e m p o r a r e p u g n a n t i a a p e r t i f i -
m a e x p e c t a t i o n e d i r i m a n t u r . I n t e r i m h i s f r u e r e l a b o r i b u s t i b i m a g n o a d l u c e m
s a c r a t e l a t i o n i a d m o n e n d a m c u i f u t u r i s .



A N T V E R P I A

E x c u b a t C h r i s t o p h o r u s P l a n t i n u s P r o t o t y p o g r a p h u s
R e g i u s , a d s a c r i A p p a r a t u s i n s t r u c t i o n e m .

Anno M D LXXII.



D A N I E L,

S I V E,

D E S A E C V L I S C O D E X I N T E G E R,

A

B E N E D I C T O A R I A M O N T A N O

H I S P A L E N S I R A T I O N E M E X S A C R I S

nominibus subducente, conscriptus.

T Y P O G R A P H V S L E C T O R I.

O M N I A ferè qua de temporum ratione significata maioribus summis in
sacra Bibliorum hystoria nobis credenda proponebantur, minutis numeris è pro-
priis locis sigillatum in hunc codicem relata, iam velut demonstrata tenere
licebit. Expectabis verò ab auctore ipso (tantum Deus illius vota secundet)
maius opus, in quo historiarum in speciem circa tempora repugnantia apertissi-
ma explicatione dirimantur. Interim his fruere laboribus tibi magno ad lucem
sacræ lectioni admonendam usui futuris.



A N T V E R P I A

Excudebat Christophorus Plantinus Prototypographus
Regius, ad sacri Apparatus instructionem.

Anno M. D. LXXII.

BENEDICTI ARIAE MONTANI

HISPALENSIS IN DANIELEM, SIVE SAECVLORVM

INDICEM DE TEMPORVM VSV, PRAEFATIO.



HAEC RVM omnium rerum quae in hac vniuersitate conficiuntur, natura, proprietas, & efficacia nullo certiore indice, quam tempore demonstrari & cognosci potest. Eius quippe etiam nulla res creata non sentit & experitur. Deus enim hanc rebus omnibus legem imposuit, ut nihil omnino, cuius tandem generis illud sit, certis quibusdam temporis rationibus non distinguantur. Ideoque fit, ut non tantum homines, ceterorumque animantium etates, & earum partes, verum etiam plantae, lapides, metalla, elementa, atque adeo tota hac rerum machina, quam Mundum appellamus, ob hanc diuturnitatem certis ac praeſinitis quibusdam temporis estimationibus addicta sit. At vero ante conditum celum, tempus etiam fuisse constat, sive id breuissimum, sive notabiliter aliquo ſpatio longius fuerit. neque dubium est quin maxima ac potissimum mundi partes in certo temporis puncto a Deo fuerint condita, sicut scriptum est: In principio creavit Deus celum & terram. Primum autem sanctus Prophet a id esse adnotat, quod anteriorem temporis partem definiuit, Hebraica dictione RES ITH, quod capitale, hoc est, capituli vicem gerens, significat. Chaldaica vero K A D M I N, quod, licet minus Latinè, commodè tamen & significanter anterioritatem, sive antecedenrem dicere possumus. Est autem Tempus continua quadam perpetuitas, ac series partibus sibi omnino similibus confitans, rerum omnium diſimilitudines, varietatesque efficiens, ipsa vero in iſdem talem se prabens, ut semper obſeruari, annotari, possit. Illa enim totius orbis, eiusque partiū maxima diſtinctio, que diſcrimen ponit inter eſſe & non eſſe, ex temporis obſeruatione prouenit. Sic enim legimus: Non dum erant abyssi, & ego iam concepta eram. Ex quo patet illud, Iam, quo se sapientia concepta dicit, temporis notam eſſe, & ante abyſſos, hoc est, ante mundi elementa fuisse. Lux etiam ipsa tempore a tenebris diſtincta effulſit, & nocte a die separauit: siquidem ea post aquas, celum, ac terras condita eſt. Dies vero & noctes, lucis ac tenebrarum terminis sunt conſtituta. dixit Lux. enim Deus: Fiat lux, & facta eſt lux. & vidit Deus lucem quod eſſet bona, & diuinitus lucem a tenebris, appellauitque dies, Lucem, & tenebras, Noctem: factumque eſt vespere & mane dies unus. Porro ceterarum omnium rerum genera, atque adeo ipsam humanam naturam in certo tempore conditam fuisse, cum id ex sacra Scriptura libris manifeste appareat, conſtanter credimus: quandoquidem unicusque ex rerum naturis, simulacra Deo edita fuerunt, certi dies sunt assignati, qui quidem, temporis ipsius indices sunt certissimi. Sic ergo statuendum eſt! Tempus virtutis ac potentiae diuinae primum fuisse testem, idemque usque ad finem mundi, Dei sapientie ac prouidentiae perpetuum fore indicem: quippe quod omnia, iſdem, quibus ea accepti, legibus, vel in lucem emittit, vel deterit & consumit, ait tenebris iterum obvoluit: sicut scriptum eſt: Tempus posuit tenebris, & uniuersorum finem ipſe considerat. Eſt igitur tempus rerum omnium, atque adeo Ioh. 1:1-2, ipsius mundi, Dei auctoritate conſtitutus ex auctor, diuina voluntatis obſeruantis, ac eiusdem minister fidelissimus: qui earum omnium rerum, que iam condita sunt, & earum etiam que iam fuit, initia, accretiones, diminutiones, exitus explicat, nullaque omnino genus se prius, aut superiorius agnoscit, excepta unica diuina natura, cui se obsequuntissimum prabit. Illa enim cum suis effectionibus semper eſt eadem, sui ſimilis, conſtant, aeterna, viuens, quinquo vita ipsa: cuius quidem perpetuitatem & infinitatem non aliunde quam a ſemel ipsa petitam, atque a nullo principio ducentam, aut fine aliquo terminatam, nulla temporis circumscriptione metitur. Huius autem naturae perpetuitas ex altera temporis parte aeternitatis notatione habet, cui diuina sapientia ipſa & de ipſa nomen imposuit. Ex altera vero post tempus ipsum in aeternum productam durationem, quam sacra Scriptura vix appellat. Nos vero priorem illam A, vel EX, & ANTE, posteriorum vero VITERIUS interpretamur. Vtramque vero sacer ille vates ita exposuit: Parata sedes tua Deus ex tunc, a ſeculo tu es. & Exaudiet Psal. 92. Deus, & humiliabit illos qui eſt ante ſecula. & nomen eorum deleſi in aeternum, & in ſeculum & vix. Qua de cauſa Psal. 14. diuina illa natura a ſacris vaticinis omni tempore prior, & principiū, ac finis expers celebratur. Initio tu Domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cali; ipsi peribunt, tu autem permanes, & omnes ſicut vestimenta veteraſcent, & ſicut oportiorum mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficit. Eſi vero Deus nullo tempore circumscriptus, ſed aeternus, perpetuus, ac ſemper unus, & idem eſt: attamen eorum omnium, que extra ſe facit, genera, quandoquidem singularum rerum natura id poſtulare videbatur, ad temporis rationem accommodauit. Idemque ab ipſa mundi creatione ad finem usque, certam quandam voluit extare mensuram, ad cuius normam singula res creata dirigerentur. Quae res ſumma ipsius sapientie, ac prouidentie conſiliis ita eſt definita, ut temporis mutationes, rerumque omnium vicissitudines, ac tot denique admirabilia ſpectacula, infinita illam sapientiam, potentiam, iuſtitiam, & misericordiam utrique intelligentia praedito naturae generi, ſpiritibus ſcilicet corporis expertibus, & hominibus ipſis patet. Earum enim virtutum effecta, ſi omnia ſimiliter & coſuſe explicentur, tantum abeat ut ab infirmo & imbecillo hominum ingenio percipientur, ut ne ab ipſis quidem spiritibus comprehendi poffint. Ea vero omnia Deus ſuis temporibus diſtinxit, altera enim ad ius hominibus reddendū, & eos, prout meriti ſunt, iudicandos, altera vero ad ſue misericordia theſauros explicandoſ pertinent. Ut enim ſe ſumma misericordia ostenderet, infinita illa ipſius beneficia, non ad eius, quam ſperamus, posterioris & aeternae vita tempora diſtulit, ſed vel ab ipſo mundi initio ſummam liberalitatem, ac munificientiam in probos, ac pios quoſque homines exercuit. Atque ut pleniffimum, eandemque iuſtiffimum ſeſe ostenderet, iudiciorum ſuorum ſeueritatem & grauitatem clementia & misericordia ita compensauit, ut nunquam nisi eos quos diu, multumque tulit, & ad bonam frugem prouocauit, dignis penitus ſupplicijsque afficiat. Si quidem ipſe cum ſit aeternus, ſibi ipſe praefens, & omnia ſemper ſibi praefentia agat, nulla temporis mora & longitudine aliquo modo detineri aut affici potest: ſicut scriptum eſt: Vnum verbum hoc non lateat, vos chariflimi, quia unus dies apud Dominum ſicut mille anni, & mille anni ſicut dies unus. Non tardat Deus promiſſionem ſuam, ſicut quidam exiſtimant, ſed patienter agit propter vos,

20. nolens aliquos pereire, sed omnes ad paenitentiam reuerti. Et ego Dominus Deus tuus fortis zelotes, visitans iri quietatem patrum in filios in tertiam & quartam generationem eorum qui oderunt me, & faciens misericordiam in milia ijs qui diligunt me, & custodiunt precepta mea. Tempus etiam constituit Deus telem aduersus infamiam Luciferi, qui quidem per dementissimam temeritatem, de sapientia cum Deo ipso contendere ausus est, adeo ut se vietorem easurum putarit, si modis eam posset euertere rationem, quam Deus de extollenda, & infinitis beneficiis cumulanda humana natura apud se inierat. sperabatque fore ut astutia calliditasque sua etatis progressa confirmata, altiores indies ageret radices: atque ipse quod magis seneceret, eo maiorem ex longo usq; experientia, rerum omnium cognitionem caperet, quippe cum in comperto sit, ijs qui suapte natura, rerum omnium cognitionem non habent, ex multarum rerum experimento plurimum doctrine accedere. Itaque sat longum temporis spaciū ad diuinā prouidentiam constitutum est, quo exactio, insignis Luciferi astutia, calliditas, impotentes illi conatus & furores compressi, & infraicti reprehendantur. Siquidem demens ille sapiens, tam longa seculorum serie, neque quid Deus agere proposuisset, neque qua ipse ratione suam fraudum ac nequitiam tueretur, unquam discipere potuerit, quinimo maledictionis illius à Dei ipsis ore profecte vim in se continuè expertus sit: Super peccatum tuum gradieris, & terram comedes cunctis diebus vita tuae. Porro futurum est ut diuinā sapientie victoria eo clarior & illustrior appareat, hostis vero nequitia, & prauitas eo magis vitta & debellata reprehendantur, quod majori eam tarditate est mora Deus produxit. quibus omnibus illud quoque accedit, ex hoc, scilicet, longitudine temporum, quibus homines tot labores sustinent, & tot curis, doloribusque conficiuntur, primaen illius conditionis & status integratam ac praestantiam, humani vero generis imbecillitatem & miseriā, ac tandem promissa & tamdiu iam expectata salutis excellentiam aperte cognosci. Si enim optatissima illa laborum requies, maxime ille glorie splendor cum miserrima hac, in qua detinemur, seruitute conferatur, videbimus profectō nos ē summa calamitate in maximam felicitatem esse commigraturos. Quam quidem omnium rerum esse præstantissimam his verbis aperte demonstratur: Neque oculus vidit, neque auris audiuit, neque in cor hominis ascendit, quanta preparauit Deus diligentibus se. Neque vero prætereundum est oportuisse infinitam illam Dei misericordiam patescere erga eos qui ad felicissimam illam conditionem inuitati, inastimabili illo caelstis regni præmio primi omnium donandi erant; cum alijs qui eque acipisti ad eam vocati erant, & diutius expectauerant, maioremque laborem quam ipsi suscepserant, serius tamen ad denariū pro mercede accipiendo admitterentur: neq; id quidem sine magna ipsorum admiratione, cum ijs qui ad opus serius venerant, nihilominus aqualem, quinimo etiam prius quam ipsi, mercedem acciperent. Itaque hec temporum productio hominum expectationem, solumque probat: præterea Dei veritatem & iustitiam iis qui amplissimo proposito præmio certabant, confirmabat: eratque singulare quoddam pignus summi illius Dei amoris erga eos qui tempore Novi Testamenti futuri erant. Atque hec quidem omnia que hoc loco à nobis allata sunt, Apostolorū testimonius comprobatur. Col. prim. Mysterium (inquit Paulus) quod absconditum fuit à seculis & generationibus, nunc autem manifestatum est Sanctis eius, quibus evolut Deus notas facere diuitias sacramenti huius in gentibus, quod est Christus in vobis spes gloriae. & 1. Petri. De qua salute (ait Petrus) exquisierunt, atque scrutati sunt prophetæ, qui de futura in vobis gratia prophetauerunt, scrutantes in quod vel quale tempus significaret in eis spiritus Christi prenuntians eas, que in Christo sunt, passiones, & posteriores glorias, quibus reuelatu est, quod non sibi met ipsi, vobis autem ministrabant ea que nunc nunciata sunt vobis per eos qui euangelizaverunt vobis. Omnis autē hec temporis ratio, ab ipso mundi initio ad ea usq; tempora, quibus hominum salus in Christo perfecta est à sanctis patribus, atque ab ipsis Apostolorū seculorum nomine significatur. In qua quidem, diuinā sapientia, misericordia, ac novis uoculis maxima argumenta sunt explicata. Fluxerunt enim toti illis seculis à promissione primis parentibus facta, quam nos apud Euangelistas rōm. 10. & hebreos 1. & 2. interpretamur, usque ad Christi adventum, qui fuit temporum plenitudo, secula sex quia proprie ḥolam vocantur. quorum primum ab Adam usque ad diluvium recensetur: secundum à diluvio (cum salutis fædus cum Noë fuit, instauratum) usque ad Abraham diuisas victimas dormientem: tertium ab Abraham usque ad Iacob, cui apud Luzem pernoctanti sacrofæcum mysterium sub imagine scala fuit ostensus: quartum à Iacob usque ad Legem in Sina monte promulgatum, & fœdus cum omni populo sancitum: quintum à Lege usque ad regnum Davidis, cui singulari oracula significatum est, fore ut mundi redemptor ab ipso gerus diceret. Hinc vero & que ad Christum sextum seculum definitus. Is enim rerum omnium plenitudo fuit; & ea quidem lux que superiores illas umbras consecuta est. Atque ultra hanc etatem sunt seculorum fines, ac noui mundi apparatio, & adquisitio regni illius caelstis, quod quidem per Christi mortem, atque eiusdem resurrectionem, ascensum in celos, & promissionis sue confirmationem Spiritus sancti immissione insignitum, nobis comparatum est: quod testantur sacra litera his verbis: A diebus Ioannis Baptiste usque nunc, regnum calorum vim patitur: omnes enim Prophetæ & Lex usque ad Ioannem prophetauerunt. Veteribus enim omnia sub specie & imagine quadam ostensa fuisse affirmat Paulus: scripta vero esse ad correctionem nostram, eamque ob causam ad seculorum fines deuenisse. Hac porro de causa tam exactam, & exquisitam temporum ac seculorum rationem à sacris auctoribus traditam esse, sacre litera luculentiter demonstrant. Nimis, ut non solum diuine promissionis, & consilij constanter appareret: verum etiam ut ex temporum observatione, & editarum rerum serie, diuinā illius sapientie à qua tantum opus apparabatur, perpetua hominibus argumenta patuerent. Atque adeo nulla olim in toto terrarū orbe natio fuit, excepta una Iraelitica, diuinis, nempe, oraculis edocta, que veras antiquorum temporum rationes tenuerit, easque in medium protulerit. Nam et si à nonnullis ex ethniciis auctoribus, qui rerum suarum narrationes literis mandarunt, in adnotanda, ac demonstranda temporis ratione, nihil non præstitum esse concedimus: attamen quicquid ab illis hoc de re traditum legitimus, non ita planè exactum, nec sibi semper constans est: nihil enim penes ipsos fuit, ex quo certum, ac definitum aliquam temporum ac seculorum constitutionem colligerent. Ex quo fit, ut rei veritas ab ipsis cognosci non potuerit, eaque multò minus ex ipsorum monumentis intelligi possit. Quanta vero sit sacrorum monumentorum utilitas, in quibus tota illa, quam diximus, temporum ratio verissimè traditur, quantumque illa ad vere philosophia, ceterarumque omnium humaniorum disciplinarum intelligentiam conferat, & quid ex ea lucis ad historiarū cognitionem

cognitionem accedat, nulla, licet longa oratione aequi potest demonstrari, ac si eius à studio loetore periculum fiat. De mundi autem initio, aut nihil omnino humana mens suspicata est, aut saltem, si quid ea de re, interdum ab ea inuentum esse concedamus, ex eo nihil quod firmum, certum, ac tuerum sit, tuto elici potest. Hanc vero ignorationem maxima rerum omnium ambiguitas consecuta est. Proinde, si rerum origo non ante ligatur, consequens est, ea que finem spectant, atque adeo finem ipsum planè ignorari. At nullus est Christianorum hodierno die, qui ex iis que de mundi initio, eiusque ortu & causis cognoscenda sunt, non multo plura teneat, quā quicquam eorum Philosophorum, qui magni olim sunt habiti. Nempe ad cetera emolumenta, qua ex Christiana religione percipiuntur, hoc etiam non minimi coriē momenti accepit: sicut scriptū est: Fides intelligimus aptata esse seculi verbo Dei, ut ex inuisibilibus visibilia fierent. Sed quid tandem est quod ad cognitionem rerum humanarum, quas plerique tantopere experti, riam magis aperiat, quā temporum exacta observatione? quid propriam vniuersitatem estimationem diligentius expendit? quid denique hominum animos magis reddit, sapientes, & rerum caducarum contempores? quid nimis illas appetitiones, quid cupiditati, quid impotentes libidines magis coercent? siquidem tempore continuo admonemur, ne quam spem in hisce rebus ponamus, neq; diurnam aut perfectam felicitatem nobis in hac vita pollicemur: cum nulla ciuitas, nulla Regia, nullum regnum, nihil denique in toto rerum natura sit, quod tandem aliquando temporis vetustate exsuum, & consumptum non conficiatur? Cui quidem rei nullum sanè remedium ab humana prudentia potest adhiberi: quandoquidem homines ipsi, hoc est, tota illa Adami progenies fluxa est & fragilis, nullaque omnino in tempore est perpetuitas, sed omnia quā in hoc mundi theatro conficiuntur, instabilita & momentanea sunt, & nunc in hanc, mox vero in illam formam transiunt, sicut scriptum est: Generatio preterit, & generatio aduenit, terra autem in aeternum stat. Nihil sub Sole nouum, Eccl. 1. nec videt quicquam dicere, Ecce hoc recens est. Nam enim præcessit in seculis que fuerunt ante nos. Sed neque eorum quidem, que postea futura sunt, erit recordatio apud eos qui futuri sunt in nouissimo. Neque enim solum priuatae singulorum res, ac præclarissima familie, que ita firme ac stabiles censebantur, ut nunquam ex florentissimo statu in quo erant, dimoueri posse viderentur: verum etiam prouincie, regna, & maxima imperia que nunquam ruita, sed perpetua fore credebantur, brevissimo temporis spacio corruerunt, ac stirpitus extracta, funditusque cuersa sunt, idq; iisdem illis rationibus quibus constituta fuerant, & quibus perpetuo foueri, ac sustentari posse credebantur. Quinetiam apertissimis exemplis docemur, nihil esse diurnū, neque quidquā prospero rerum successu ad maximam amplitudinem peruenire posse, eo excepto, quod à Deo omnium bonorum auctore manat, ac iisdemmet, quas ipse prescripsit, rationibus, instituit, sicut scriptum est: Nisi Dominus adificauerit domum, in vanum laborauerunt qui adificant eam: nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam. Neque vero regna tantum & imperia, sed ipse totus terrarū orbis, cum uno hominum consensu ad eum, qui sperari poterat, florentissimum statum perductus est, nullaque in terris locis hominibus vacuus conspicetur, nonne quadraginta dierum spatio ab ingenti illa aquarum multitudine submersus, planeque extintus est? Nihil denique diurnum in hac mortali vita sperari posse, vel hinc licet intelligere, quod subducta temporum ratione ab orbe condito ad hanc usque diem, mundus hic, in quo tam varia rerum genera orta extinctaque sunt, non plures quam sex annos & triconta & trecentos supra quinques mille duravit. Quod quidem tempus, si cum eternitate conferatur, ne nomen quidem rationis sortietur. Cum igitur temporum, & etatum observationem in omni disciplinarum genere utilissimam, ad sacra vero Scriptura narrationes intelligendas planè necessariā esse videremus, hanc quoq; partem facrorū Bibliorū apparatus annetendam duximus. In qua, quicquid ad seculorum, de quibus suprà mentionem fecimus, demonstrationem satis est, facta ex sacris libris temporum subductione, perquam breviter attigimus, pluribus alijs (fauente Deo) de hoc arguento asturi. Nobis enim non fuit propositum latissimas earum materiarum, de quibus hoc loco agimus, disputationes in sacro hoc Apparatu persequi, sed ea tatum perstringere, qua studiosos homines in facrorū librorū lectione adiuuare poterunt. Nos autem hosce conatus, qui ex quam sincero animo proueniant, Deus nobis est testis, candidis & eruditis omnibus probari cupimus, à quibus hoc unum postulamus, ut nostrum hoc studium consulendi ijs, qui Catholica Ecclesiae nomen dederunt, suis apud Deum precibus adiuuent.

Datum Antuerpiae. Calendis Ianuarijs. Cl. IO. LXXII.

BENEDICTI ARIÆ MONTANI HISP
LENSIS VOLVMEN DE SÆCVLIS.



MUNDI conditi initium autumni tempore fuisse, ex obseruata sa- crorum librorum sententia accepimus, quod Deus animantium omnium generibus mox exituris, atque etiam homini fingendo om- nium fructuum ad usum ac vitam oportunorum copiam prospicerit, quam in calidioribus regionibus herbae tunc recentes, & fructus arborum marini, atque adeo ad hyemem proximam vteriusque durabiles supeditare possent: Veris enim fructus fu- gaces sunt, nec satis ad alendū comodi; fructus astutus & commodiores & diuturniores sunt: atque ita scriptū est, Germinet terra herbam virentem, & facientem se- men, & lignum pomiferum faciens fructum iuxta ge- nus suum, cuius sit super terram. & factum est ita: & protulit terra herbam virentem & facientem se- men, & lignum pomiferum faciens fructum, & habens vnumquodque fementem secundū speciem suam. Ita enim producta dicuntur singula genera, vt herba virens, hoc est olus, quod Hebreæ pri vocatur, iam adiutum extaret, similiter, & herba faciens se- men, cuius usus non in viriditate, sed in semine est: ita cum semine suo prodiit, & lignum faciens fructum, & habens vnumquodque fementem secundum speciem suam, atque ita initium anni vberes fructus fecū attulit, qui & animantibus aliendis, & suis ipsorum generibus prop- pagandis essent idonei. Quod vero quidam opinan- tur initium anni astutio tempore fuisse, adducti argumen- to columba, quæ ramum oliue virentis in arcum ad Noe detulit, facilè mutare poterūt, vbi certam illius loci sententiam tenuerint, quam nos, Deo volente, ali- quando exponemus, aut alij, quibus cum nostram in- terpretationem communicauiimus, in suis scriptis do- cūssimè explicabunt.

ANNUM autem quanquam multiplicem & variū alias atque alijs gentibus fuisse fateamur, tamen eum qui rebus mundi constitūndis comparatus est, duode- cim mensibus constitū, manifestū ex sacris literis est. Etenim ante diluvium, vt vna omniū hominū lingua, vna Dei conditoris notitia, vna creationis memoria penē recens omnibus erat, ita etiam annorum vna erat communis ratio, quam omnes tenerebant, atq; ita aetas hominū anni mundi, & mundi anni hominū illu- strum aetatis computabantur, neque varia annorum ratio, nisi cum varia singulā, & morum atque regno- rum & religionum invenzione exitit. Est autem ma- nifestum anni integrifloris argumentum in Sacris libris expressum. Legimus enim Noe anno vita sua sexcentesimo, mensē secundo, die mensis decima & septima in- gressum fuisse in arcum, eademque die catarractas cali- & abyssi scaturigines fuisse ruptas, atq; pluviā usque ad quadraginta dies durasse, deinde aquas obtinuisse terram centum quinquaginta diebus; post hos autem indies decrescere coepisse, usque ad decimū mensem, nam decimo mense prima die mensis montium cacu- mina extare coeperunt. Sunt autem omnes dies huius anni ab initio eius usque ad primam aquarum decre- rationem ducenti quadraginta septem, hoc modo: Pri- mus mensis cum decima septima secundi faciunt qua- draginta & septem dies: deinde sunt quadraginta, qui- bus imberes durarunt: atque etiam centum & quinqua- ginta, quibus aquæ in valuerunt super terram, quindecim cubitis altissimum totius orbis montem superates. Hi omnes in summa efficiunt ducentos & quadraginta septem; nondum tamen est decimus mensis: namq; ab hoc tempore usque ad primam decimi mensis dicim aquæ decreuerunt. Habemus iam decem menses, qui plures quam ducentos & quadraginta septem dics cō-

tinent, saltem quātum decem lunationes. A primi au- tem mensis die prima Noe quadraginta dies expecta- tur, quibus peractis coruum emisit, & eadem die columbam rursusque post septēm dies columbam emis- fam vesperī recepit, oliae folium referentem. atquē tertio post septēm alios dies emissam, non amplius re- cepit. Igitur post nouem menses habemus quinqua- ginta & quatuor dies, qui cum nouem mēsibus priorib- us efficiunt ter centum & viginti quatuor (singulis ferē mensibus tricenos dies tribuimus.) Hinc usque ad primam diem primi mensis anni sexcentesimi primi, quo terræ superficies omnis aquis est inundata, numerantur dies quadraginta sex; qui cum superioribus coniuncti faciunt tercentum & septuaginta, quibus si deman- tur ex horæ, quibus lunationes à Solis cursu inter- gro deficiunt, reliqui fient dies, quot in anno solarium in- moueramus, idque exiguo discrimine, quod ex Calen- dariis facile cognosci posset. Fit igitur subducta ratio- ne perspicuum, annum duodecim mensium iam inde ab initio fuisse, quando post nonum mensem quadra- ginta septem dies numeramus, qui ad dimidium vnde- cimi mensis pertinent, cum terræ superficies non- dum aquis liberata esset. Præterea annū tot mensibus ab initio institutum, & post diluvium etiam restitutū est, quot temporibus quartuor, hyemi, veri, astanti, & autumno constituendis satis esse possunt; nam his tem- poribus terra suum cōcipiendis & gignendis fructibus munus praefat; atque hi omnes dies terra Hebraico dicendi modo appellantur, vt fœminarū etiam gra- uidarum dies dicuntur à conceptu ipso usque ad partum, cuius rationis nūlta exempla sunt, vt illud, Factum est *Lxx. 1.6.* autē cum essent ibi, impleri sunt dies vt pareret. Simili autem tropo Deus Noe post aquarū salutem allocutus, futura perpetuā terrā atque temporum constitutionis quatuor oportuniis partibus distinguit, rationem instau- randam docuit, vt quod proximè per totum annum nihil aliud quam hyems aquarumque inūdatio fuerat, iam deinceps in posterum quatuor portionibus distin- gūtū, integrum annum absolucret. atque ita scriptum est, Odoratusque est Dominus odorē suavitatis: & ait ad Noe, Nequaquam vtrā maledicam terrā propter homines: sensus enim & cogitatio humani cordis in malū prona sunt ab adolescentia sua: non igitur vtrā percūtiā omniē animā viuentem, sicut feci cūctis diebus terræ fementis & messis: frigus & austerus, aētas & hyems, nox & dies non requiescent. Cunctos dies terre omnibus his partibus distinctos, idem quod cunctos annos terra int̄erpretamur: namque hæ partes semētis & messis, frigus & austerus, aētas & hyems anno includū- tur, atque ita non modò dies pro tempore conceptus, & partus terræ, sed in vniuersum pro anno vsuperantur, idque pluribus exemplis in Hebraica lectione ob- seruatur. Etenim cūm constituto iam matrimonij fo- dere cū Rebecca & Isaac procurato, fratres cuperent pueram apud se diutius necessitudinis gratia retinere, sic agebant: Maneat puerilla nobiscum, saltem dies aut decimū. sic ex Hebraico ad verbum. hoc est, anni dies integrōs, aut decimū menses. Illud etiam nostram de anni initio sententiam comprobat, quod Deus de diebus, id est, de anni terræ dixit, quorum principium fementis nomine adnotauit: est autem fementis tem- pus Autumnum.

Mensum autem antiqua nomina nulla nisi ex numerorum serie obseruauimus. v^o, Primus, secun- dus, tertius, quartus, sextus, septimus, octauus, nonus, decimus, vndecimus, & duodecimus, quorum frequentissima exempla leguntur. alia enim nomina, vt suo loco exponemus, Chaldaica sunt. Atque tem- porum quidem rationes sic explicamus:

Ab

Ab Adam usque ad diluvium anni fuerunt mille sexenti quinquaginta sēcū, quorū illa enumeratio est. 130 Adam cūm centum & triginta esset annorum, ge- nūt Seth. Genes. 5. 105 Seth centum & quinque annos natus, genuit Enos. Genes. 5. 90 Enos nonaginta annorum genuit Cainan. Genes. 5. 70 Cainan septuaginta annorum genuit Mahalaleel. Genes. 5. 65 Mahalaleel sexagesimum quintum agens annū, genuit Jared. Genes. 5. 162 Jared centum & sexaginta & duos annos natus, genuit Henoch. Genes. 5. 65 Hanoch cūm esset annorum 65. genuit Methusala. Genes. 5. 187 Methusala anno vita sua centesimo octuagesimo septimo, genuit Lamech. 182 Lamech centum & octoginta duos natus annos, genuit Noah. Genes. 5. 60 Anno sexcentesimo vita Noah, mensē secundo, se- ptimo die mēs, rupti sunt omnes fontes abyssi magna, & fuit diluvium aquæ super terram. Hi omnes anni 1656 summa conficiunt mille sexcentorum quinquaginta & sex. Atque haecenus prima mundi ætas.

SECUNDA AETAS MVNDI, A DIL V-
VIO VSQYE AD ABRAHAM.

A restituto orbe ex aquis usque ad Abraham, anni fluxerunt ducenti nonaginta duo, quorū illa enumera- tio est. 2 Sem duabus annis post diluvium genuit Arphacād. Genes. 11. v. 10. 35 Arphacād cūm esset annorum triginta quinque, ge- nūt Selah. Gen. 11. 30 Selah annos natus triginta, genuit Heber. Genes. 11. v. 12. 34 Heber annorum triginta quatuor, genuit Paleg. Gen. 11. 30 Paleg anno trigēsimō vita sua genuit Reghu. Gen. 11. 32 Reghu annorum triginta duorum, genuit Sarugh. Genes. 11. 30 Sarugh triginta annorum genuit Nachor. Gen. 11. v. 20. 29 Nachor viginti nouem annos natus, genuit Tharech. Genes. 11. 70 Tharech septuaginta annorum, genuit Abraham. Gen. 11. v. 26. 292 Hi omnes anni summa reddunt ducentorum no- nagingita duorum.

Ab Abraham ortu ad Isaac anni centum numerantur,
hoc modo:

75 Septuaginta quinque annorum erat Abraham, cūm Dei iussu egredetur de Haran. Gen. 12. 11 Vndeclimo anno post Hagar concepit & peperit If- maelem, post decem annos quam habitare cooperat in terra Chanaan, hoc est, expletis iam decem annis, grā- uida autē fuit vno ferē anno: sunt vndeclim anni ferē. 13 Tredecim annis iam nato Ifmæle, Abraham muta- to nomine, circumcisio feedus iniit. Erat autem Abraham nonaginta nouem annorum, quando circum- cedit carnem præputij sui. Gen. 17. v. 26. 1 Vno anno post Isaac nascitur, cūm Abraham cen- tum esset annorum. Gen. 21. v. 5. 1 Haecenus centum anni vita Abraham.

Abnato Isaac ad Jacob anni numerantur sexaginta,
quorum illa notiones sunt:

30 Sara moritur triginta annis post natum Isaac, hoc est, centesimum vigesimum septimum agens annum. 10 Decim annis post Isaac vxorem duxit, cūm esset an- norum quadraginta. Gen. 25. v. 20. 20 Vigilimo anno post natu est Jacob cum Esau. s.s.e. Sexagenarius erat Isaac quando nati sunt ei parvuli. 60 Gen. 25. v. 26. Hi numeri conficiunt annos sexaginta.

A Iacobi ortu usque ad Joseph natum, anni fluxere 90 90, quos hoc modo obseruamus: Jacob ubi primum ingressus in Aegyptum tertio famis anno, s. s. e. Biennium est enim quod coepit famis in terra, & adhuc quinq; anni restant. Ingressus est igitur initio tertij anni iam duobus transactis. Gen. 45. v. 6. Transierant etiam septem anni fertiles ante illud biennium, prædicti à Ioseph in ipso fertilitate initio. Gen. 41. v. 28. Ille autem trigesimum agebat annum, cūm Pharaoni sisteretur. Genes. 41. v. 45. Omnes hi anni conficiunt quadraginta, qui- bus à centum & triginta demptis, reliqui sunt nona- ginta. Rursus vero sic numeramus post annum vita Jacob nonagesimum, Ioseph triginta annorum stetit coram Pharaone, decide elapsi sunt anni septem fertiles, & duo steriles, tertio sterilitatis anno Israel desce- dit in Aegyptum, hi sunt centum & triginta. 130 Atque haecenus descensus in Aegyptum est.

INITIVM NOVÆ RATIONIS.

Mortuus est Jacob anno decimo septimo postquam descendat in Aegyptum. s. s. e. Et vixit in terra Gof- den decem & septem annis, factiisque sunt dies vita illius centum quadraginta septem annorum. Gen. 47. v. 28.

Ioseph mortuus esse quinquagesimo tertio anno 53 post Jacob, sic colligimus. Ille cūm pater obiret, quin- quaginta septem annorum erat. dicitur autem mor- tuus cūm annum completeret centesimum & decimum quinquaginta septem & quinquaginta tres, centum & decem sunt.

Leui mortuus est quarto & vigesimo anno post Io- seph, vt ex obseruatione colligitur, hoc modo: Legimus Leui annum agentem centesimum trigesimum septimum è viuis decessisse. sed ille natus est tribus annis ante Ioseph: namq; septem annis posterioribus, quibus fuit in Iacob pro Rachel, nati sunt ex Lea quatuor filii, hoc ordine: Ruben, Simeon, Leui, Iuda. Deinde Lea cessavit parere usque ad initium sexti anni, quo genitus Isachar, & septimi, quo Zabulon est natus. omnes enim hi nati sunt intra septennium in Mesopo- tamia Syriæ. Gen. 46. v. 15. Septimo autem anno ad initium recordatus est Dominus Rachelis, & audiuit eam, & aperuit vulū eius, quæ cōcepit, & peperit filiū, & vocavit illum Ioseph, dicens, Addat mihi Dominus filium alterum. Nato autem Ioseph, dixit Jacob socero suo, Dimitte me, vt reuertar in patriam meā. hoc fuit anno decimo quarto antequam de mercede cōueniret inter Iacob & Laban. Igitur Leui tribus annis ante Ioseph natus est, saltem non integris quatuor. Ioseph mortuus est atate centum & decem annorum, Leui centū & triginta septem: quibus si tres demas & centū & decem, supererunt quatuor & viginti anni, quibus Leui fratri Ioseph superuixit. Scriptum est enim, Annī autem Leui fuerunt centū triginta septem. Exo. 6. 16.

A morte Leui ad Mosen natum, anni numerantur trigesima sex, hoc modo: Abnato Isaac usque ad eges- sum ex Aegypto, sunt generationes quatuor, sicut scri- ptum est, Generatione quarta reuertentur hic. Est autem prima generatio Isaac, secunda Jacob, tertia Ioseph & fratres eius, sicut scriptum est. Ioseph autem in Aegyptō erat; quo mortuo, & omnibus fratribus eius, omniq; generatione illa: filii Israel creuerunt & multipli- cati sunt, ac roborati nimis in terra. &c. hæc est quarta generatio. Numerantur præterea quadringenti anni peregrinationis feminis Abraham, hoc est, ab Isaac nato hospite in terra Chanaan, usque ad exitum Israel ex Aegyptō, s. s. e. Scito prænoscens quod peregrinum erit semen tuum in terra non tua: & subiicient eos seruituti, & affligent quadringentos annos: ita quadringenti anni varie & multiformis peregrinatio- nis prædicuntur. Igitur ex his quadringentis annis illæ

A 4 partes

partes sunt manifestæ. Isaac sexaginta annos natus Jacob genuit. Iacob mortuus est annorum centum quadraginta septem: post quinquagesimum tertium mortuus est Ioseph , deinde Leui vigesimo quarto post anno: Moses octoginta annorum erat cum Duci legationem apud Pharaonem egit. Hi omnes tercentū sexaginta quatuor annorum summam consciunt, desunt triginta sex ad quadragesimum numerum explendum. Hi interfuerunt inter mortem Leui & Mosis ortum. Scimus autem Mosem natum ipsa tempestate Aegyptij furoris & confilij aduersus Israelitas initu: quodquidem ille, ne periret, magna cura ad menses aliquot est occultatus, ut legimus Exod. 2. id quod non acciderat tribus annis ante cum Aaron natus est: erat enim Aaron tribus annis Mose antiquior , siquidem octoginta trium annorum cum esset, vñ cum fratre Pharaonem adiit. Exod. 7. v. 10. Hac etiam triginta sex annorum ratio alio modo subduci potest. Moses filius fuit Amram , atque Amram ex Caath genitus. Natus est autem Amram in Aegypto: namq. ille inter eos qui in Aegyptum descenderant, non recensetur. numeratur autem in tertia generatione; namque ex filiis descendantium in Aegyptum , non ex nepotibus est; natusque fuit viuentibus iis qui descenderant: neque cum iis qui liberati sunt ex Aegypto, numeratur, quod mortuus esset inter ceteros tertiae generationis. Natus itaque est, & obiit in Aegypto. Obiit autem annorum centum & triginta septem: his si addamus sexaginta Isaac, & centum & quadraginta septem Iacobi, atque octoginta Mosis , efficietur summa quadragecentorum viginti quatuor: quibus addūtur duodecim ante mortem Leui , qui fuit tertiae generationis , cuius diebus natus est Amram; erunt quadragecenti triginta & sex. atque ita duodecim annis ferè ante exitum obiisse Amram reperietur : idemq. annorū ferè sexaginta nouem genuisse Mosen, cum tribus annis ante natus esset Aaron, temporibus adhuc tranquillis, & inter vrumque orta etiam esset Miriam , rebus iam turbari coepitis, quod nomen ipsius declarat: namque Miriam amaritudinem significat. Itaque à morte Leui ad Mosen natum, anni numerantur triginta sex. Deinde octoginta vixit antequam Pharaonem de populo dimittendo alloqueretur. s. s. e. Erat autem Moses octoginta annorum, & Aaron octoginta trium , quando locuti sunt ad Pharaonem: sunt igitur ab ingressu Israëlis in Aegyptum ad usque Mosis legationem ducenti & decem anni. Vno anno post egressi sunt ex Aegypto. Nam postquam Moses regem adiit, paleas populus impensis regis non accepit, sed coactus est per agros querere: paleæ nullæ in Aegypto idoneæ relinquuntur post Nili inundationem quæ Iulio mense accidit. Maij ergo tempore iussi sunt paleas colligere: prius verò quam hoc edictum vulgaretur, iam Moses cum Pharaone de dimissione egerat. Deinde profecti sunt exactores populo regis decretū denuntiatur. Interea Aegypto plaga illata fuit usque ad mensem Nisan anni sequentis, cuius decima quinta egressus est populus liber. Igitur à nato Isaac ad legationem Mosis anni fluxerunt quadragecenti, ut iam superius exposuimus.

Anno octogesimo secundo vitæ Mosis mense primo, populus ex Aegypto prodiit liber. Atque hinc ceperat est anni sacri obseruatio, cuius initium à Nisan, hoc est, septimo mense annorum mundi sumptum est. s. s. e. Dixit quoque Dominus ad Mosen & Aaron in terra Aegypti: Mensis iste yobis principiū mensum primus erit in mensibus anni.

Deinde vno anno integro in deserto fuerunt antequam respublica legibus acceptis, & sacerdotibus consecratis, ceterisque ministris publicis constitutis, componetur. Hoc enim anno secundo ab egressu ex Aegypto factum est, nam primo anni secundi mense primo

ferto constituti. Atque à promissionibus factis Abrahāmo ad legem latam, anni numerantur quadragecenti & triginta ferè, hoc modo: A nato Isaac usque ad Mosis legationem, anni sunt quadragecenti. Legatio Mosis in Aegypto anno completa est, deinde post duos annos Lex in deserto est constituta, sunt tres anni: Abraham dicitur sunt promissiones viginti sex annis ante natum Isaac ; siquidem Isaac natus est cum Abraham centum esset annorum, cui promissio facta est eo anno quo exiit ex Haran , atqui ille tunc quintum supra septuagesimum agebat annum, sicut scriptum est: In te benedicentur vniuersæ cognationes terræ. Egressus est itaque Abraham sicut præceperat ei Dominus, & iuit cum eo Lot. filius quinque & septuaginta annorum erat Abraham cum egrederetur ex Haran: agebat igitur annum quintum supra septuagesimum, deerantque sex & viginti ad centesimum: his additi tres anni à legatione Mosis ad legem latam , & rem publicam constitutam, consciunt viginti nouem annos, quorum ultimus ad trigesimum usque dicitur: atque ita verè dictum est ab Apostolo, Legem acceptam fuisse in deserto, post quadragecentos & triginta annos à promissionibus factis.

Moses & Aaron obiere anno quadragesto postquam egressi sunt ex Aegypto , hoc est , trigesimo & 38 octauo anno post legem latam . atque ita quadrageinta anni vagationis in deserto enumerantur. 40

Iosue , & qui cum illo terram expugnarunt maiores natu qui viderant mirabilia quæ fecerat Dominus in deserto, præfuerunt Israelitis in terra ferè decem & septem annis, Iosue septem aut nouem, quibus terra expugnata & distributa est: namque annum octogesimum quintum agens , Caleb huiusmodi apud Iosue orationem habuit. Quadragesta annorum eram quando misit me Moses famulus Domini in Cades Barne , ut considerarem terram. &c. Quadragesta quinque anni sunt , ex quo locutus est Dominus verbū istud ad Mosen, quando ambulabat Israel per solitudinem , hodie octoginta quinq. annorū sum , sic valens ut eo valebam tempore quando ad explorandum missus sum. &c. annus ille quo missus est Caleb ad explorandum, secundus erat ab exitu ex Aegypto. igitur septimus ab ingressu in terram Canaan. quibus elapsis, omnis ferè terra expugnata atque in fortis diuisa est. idem verò confirmatur ex oratione D. Pauli in synagoga Antiochiae Pisidiæ habitæ. Deus plebis Israel elegit patres nostros & plebem exaltavit cum essent incola in terra Aegypti , & in brachio excelsō eduxit eos ex ea: & per quadragesta annorum tempus sustinuit mores eorum in deserto: & destruens septem gentes in terra Canaan , forte distribuit eis terram eorum, quasi post quadragecentos & quinquaginta annos. post hanc dedit Iudices usque ad Samuel propheta. A quadragestantis & quinquaginta sedemamus quadragecentos ab electione patrum usq. ad exaltationem plebis in terra Aegypti , & quadragesta deserti; reliqui sunt ferè decem ad illum numerum, quo distributa est terra , atque septem deinde ad mortem Iosuae & seniorum qui viderant mirabilia Domini in deserto: videturque Iosue ingressus terram cum esset centum annorum , namque centesimum & decimum agens annū, vita defunctus est, & deinde usque ad octo annos mortui sunt ceteri; ac paulatim deficientibus illis, morum & religionis puritas obscurabatur, sicut scriptum est: Seruierunt Domino cunctis diebus eius , & seniorum, qui longo post eum tempore vixerunt. Hebraicè ita legimus: Et seniorum qui protulerunt dies suos post eum. hoc est, eorum qui superstites illi fuerunt. hoc autem ferè octo annis transactum est , quibus seruierunt Chusam-rasathaim regi Mesopotamia. sunt igitur hi decem & septem anni, aut decem & octo ferè. 10

Deinde primus Index Othoniel nomine, nepos Calbi, ex tribu Iuda, præfuit annis quadrageinta. 40

Iud. 5, 31. Barac & Debora annis quadraginta iudicauerunt 40 Irael.

Iud. 8, 23. Gedeon quadraginta annorum spacio iudicis munus exercuit.

Iud. 9, 23. Abimelech filius Ierubaghali Israëlitarum præfectus ram occupauit artus tribus.

Iud. 10, 2. Thola filius Phuah de tribu Isachar tribus & viginti 23 præfuit annis.

Iud. 10, 3. Iair Galaadites iudicauit Israëlem per annos viginti 22 & duos.

Iud. 12, 6. Huic successit Iephthe, qui præfuit annos sex.

Iud. 12, 9. Absam Bethlehemites septem annis præfectura est functus.

Iud. 12, 11. Elon Zebulonites iudicauit Irael decem annis.

Iud. 12, 14. Abdon filius Elel Pharonites præfuit annis octo.

Iud. 16, 21. Samson filius Manue ex Sara defendant & iudicauit 20 Irael annis viginti.

1 Reg. 4, 18. Heli sacerdos ex familia Ithamar, sacerdotio & præfectoria functus est annis quadraginta.

38 Samuel propheta Leuita ex Ephrata, triginta octo annis præfuit Israëlitis.

1 Reg. 13, 1. Saul ex tribu Biniamin vñctus in Regem à Samuele, 2 regnauit duobus annis: ita ipsius regnum cum præfectoria Samuelis quadraginta completa annos, explicatos à D. Paulo, sicut scriptum est: Post hæc dedit Iudices 40 vsque ad Samuel prophetam: & exinde postulauerunt Regem, & dedit illis Saul filium Cis, virum de tribu Biniamin, annis quadraginta; & amoto illo, suscitauit illis Dauid regem. &c. Itaque quadraginta anni numerantur à Iudicibus finitis, vsque ad Dauid regem: Saul autem ad tempora Samuelis pertinet; nam paulo post mortem Samuelis, Saul est interfectus. Erat autem Samuel senex cùm populus præfectorum illius fastidire coepisset; itaque ab ingressu Israëlitarum in terram Canaan 397 ad vñctum regem Dauid, fluxere anni trecenti nonaginta septem.

1 Reg. 1, 12. Dauid in Hebron regnauit septem annis & mensibus sex: & in Ierusalem regnauit triginta tribus, ita ut 3 Reg. 2, 11 sex menses in Hebron enumerentur ad triginta tres; iam totidem in Ierusalem, & sic fient anni quadraginta; 1 Reg. 29, 21 quibus regno functus est.

Salomon vñctus est in regem viuente patre. ratio autem regni eius sumitur à morte Dauid: tertio autem anno transacto regni Salomonis secundo mense quarti anni eius templū inchoatum est. Atque ita in sacra historia integrum suminam annorum habemus, quorum singulares rationes haec tenus attulimus, sicut scriptum est: Factum est ergo quadringentesimo & octogesimo anno egressionis filiorum Irael de terra Aegypti, in anno quarto mense Zio, ipse est mensis secundus regni Salomonis super Irael, redificare coepit domum Domini. &c. nam si proximæ summæ trecentorum nonaginta septem annorum, quam subduximus ex singularibus rationibus, ab egressione vsque ad vñctum Dauid, addamus quadraginta Dauidis, & tres Salomonis, fiunt quadringenti & octoginta. Atq. hæc est summa temporum ad templi vsque ædificationem.

A templi ædificatione ad Salomonis mortem, anni numerantur septem & triginta, nam dies quos regnauit 37 Salomon in Ierusalem super omnem Irael, quadraginta anni sunt.

REGVM IUDÆÆ ETATÆS.

3 Reg. 14, 21. Roboam Salomonis filius ex Naania Amanni- 17 tide, regnauit annis decem & septem.

3 Reg. 15, 1. Abiam filius Roboam regnare coepit super Ierusalem octavo & decimo anno patris sui incipiente, regnauitque annis tribus.

3 Reg. 15, 9. Assa rex Iuda Abia filius ex Maacha filia Absalon, 41 regnauit annis quadraginta & uno.

5 Reg. 22, 41. 1. Iosaphat filius Ala ex Azuba filia Salai, regnauit 25 anni quinque & viginti.

vii. Ioram primogenitus Iosaphat regnare coepit duobus annis ante mortem patris sui, quinto anno Ioram regis Irael: regnauit autem octo annis, ex quibus dempti duo, relinquunt sex.

viii. Ochozias qui idem Ioacham dicitur, filius Ioram & Athalia, regnauit in Ierusalem anno uno.

ix. Athalia mater Ochoziæ, regnauit annis sex, & parte septimi.

x. Ios Ochloziæ minimus filius, regnauit quadraginta annis: matrem habuit Sebia ex Bersabee.

x. Amasias filius Ios, & Ioadam Ierosolymitanæ regnare coepit vno anno ante patris obitum; inciderat enim pater in grauem mortuum, ex clade à Syris accepta: regnauit autem annis viginti nouem ferè.

xii. Azarias, alio nomine Ozias, Amasiaz ex Ieche- 4 Reg. 15, 1 lia Ierosolymana filius, regnauit in Ierusalem annis 52 quinquaginta duobus.

xiii. Ioatham filius Ozias matre Ierusa filia Sa- 4 Reg. 15, 3 doch, regnauit in Ierusalem annis sedecim.

xiv. Achaz filius Ioatham regnauit in Ierusalem annis sedecim.

xv. Ezechias filius Achaz & Abia filia Zacharia, regnauit in Ierusalem annis viginti nouem.

xvi. Manasses filius Ezechias matre Hachisibah, regnauit in Ierusalem quinquaginta quinque annis.

xvii. Amon filius Manasses, cuius mater fuit Me- 55 salemeth filia Harus de Iatheba, regnauit in Ierusalem annis duobus.

xviii. Iosias filius Amon & Ididæ ex Beseda, regnatum Ierosolymis obtinuit annis triginta & uno.

xix. Ioachaz Ios filius, matre Amital de Lebna, rex à populo constitutus, menses tres regnauit.

xx. Eliacim, alio nomine Iocacim Ios filius, à Pha- 4 Reg. 33, 37 ráio constitutus rex Ierusalem, matrem habuit Zebi- 2 Par. 36, 1 dam filiam Phadaea de Reuma, vnde decim annis regnauit in Ierusalem; tertio anno abductus est.

xxi. Ioachim filius Eliacim matre Nohhesta Ierosolymana, regnauit mensibus tribus, & diebus decem.

xxii. Mathanaia, cui Nabuchodonosor nomen fecit Sedeciam, constituto in regem Iuda, erat filius Amital Ierosolymitanæ, annis regnauit vnde decim. Vnde decimo Sedeciae regni anno templū dirutū & incēlum est: hi anni omnes, demptis mediis, quibus rex regi succedebat, ad quadringentos & decem proximè acce- 410 dunt, ex quo templum constructum consecratumque fuerat. fuit igitur templum incensum & vrbs diruta anno ferè mundi ter millesimo trecentesimo octavo. 3308

Babylonica transmigratio durauit annos septuaginta, iuxta prædicta Prophetarum.

Anno primo imperij Cyri regis Persarum & impe- 1 Reg. 1, 1. ratoris Babylonici, decreta est Iudeorum libertas, & templi Ierosolymani restitutio: hic regnauit annis septem.

Anno secundo aduentus Iudeorum in Ierusalem 1 Reg. 1, 3. mensie secundo, coepit est adificari templum: in eoque fuerunt & vrbis adificatione toto sex annos.

Cessatum est ab adificatione templi per totum im- 1 Reg. 4, 7. perium Artaxerxis, qui & Cambyses dicitur, qui impe- 17. rauit annis septem: cessatum est autem nouem annis, hoc est, vsque ad secundum Darii Histaspis annum.

Anno sexto Darii completum est templum.

Darius bellum suscepit aduersus Arphacsd regem 4 Medorum, anno duodecimo regni sui. idem Nabu- 1, 5. chodonosor in historia Judith dicitur.

Anno decimo octavo (vt in altera editione Judith 1 Reg. 1, 1. legitur) in altera vero legitur decimo tertio, Darius 12 bellum parat nationibus, à quibus fuerat contemptus, hic est annus trigesimus octagus à libertate Babyloni- nica.

Anno autem trigesimo septimo Iesus sacerdos pro- Philo Amij, fectus est ad Darium. interim autem Iosaphat eius filius sacerdotio fungitur annis octo.

Ille postea reuersus, annis viginti pontificatum gerit, 20

visque ad annum septimum Resamen Sulam filij Zorobabelis ducis.

Nehem. 3. Iacim iterum post mortem patris annis viginti octo functus est sacerdotio . quod si numerentur anni *Phil.* 28 quibus cum patre ministravit, concordabit Philo cum Nehemia & Iosepho.

Ioseph. lib. Ioachim secutus est Eliasib sacerdos , annis quadraginta uno sacerdotium gerens , cuius anno decimo quarto Nehemias ad Periarum regem rediit, completa verbis instauratione.

Phil. Ioiada Pontifex post Ioachimum annis viginti quinque sacerdotio prafuit.

Ioseph. lib. 11. Jonathāl, alio nomine Iohanan, sacerdos , annis vi-

Nehem. 12. Ieddeāl Jonathāl filius pontificatum gessit annis se-

Ioseph. lib. 11. cap. 4. 27 ptem & viginti, usque ad Alexandri monarchiam.

Phil. Onias pontifex maximus annos viginti septem Phi-

Phil. loni, sed Eusebio viginti tres.

Phil. Simon Iustus pontificatum gessit annis tredecim.

Phil. Euseb. Eleazarus frater Simonis sacerdos summus , annis 20 viginti Philoni, Eusebio viginti tribus.

Phil. Manasses sacerdos maximus annis viginti & se-

Phil. 27 ptem.

Phil. Simon Iustus annis viginti & octo sacerdotio pra-

Phil. 28 fuit.

Phil. Onias Simonis filius , functus sacerdotio annis tri-

Phil. 29 ginta nouem.

Hactenus sacerdotum successio, Græcorum etiam temporibus obseruata: nam posterior aetas Pontifices à Syria regibus constitutos habuit, hac serie:

2. Math. 41. Iason summus sacerdos pontificatum gessit annis 3 tribus.

2. Math. 4. Menelaus post Iasonem expulsum annis duodecim, cuius septimo anno Iudas Asmonæus, agnominé Ma-

1. Math. 4. chabæus dux ceperit rem publicam administrare , annos 3 autem sex rem gessit.

1. Math. 9.3. Ionathas Iudea frater dux Iudeorum annis decem 18 & octo.

Ioseph. lib. Simon frater Ionathæ annis octo prafuit dux & 23 pontifex.

Ioseph. lib. Iohannes Hircanus filius Simonis rem publ. sacerdo-

23. cap. 17. tium que gessit annis triginta & vno.

Ioseph. lib. Aristobulus filius Ioannis Hircani , primus post trâf-*23. cap. 18.* migrationem Babyloniam rex appellatus , anno vno rem gessit publicam.

Ioseph. lib. 13. Iannes Alexander idem Iamnai frater Aristoboli rex, annis septem & viginti.

Egyp. lib. 2. Alexandra Alexandri pontificis vidua annis nouem 27 regnauit in Iudea.

Ioseph. lib. Hircanus Alexander filius mensibus tribus regnat.

lib. 5. cap. 14. Aristobulus Hircani frater annis tribus pontificatū regnumque gessit.

Ioseph. lib. 14. Ierosolyma à Pompeio capta, Hircanus restituitur in sacerdotium, quod gessit annis viginti duobus.

Egyp. lib. 1. Antigonus Aristoboli filius Partherum auxilio Iu-

5 déam occupat annis quinque: huius anno secundo He-

Egyp. lib. 1. rodes rex appellatus est à senatu Romano : cepit vir-

Ioseph. lib. blem anno quinto Antigoni : regnum occupauit annis pag. 349. 34 Christus Iesus natus anno quadragesimo secundo

lib. 7. cap. 2. imperij Augusti.

Cum effet Iesus annorum duodecim, in templo re-

12 peritur differens.

Anno decimo quinto elapsi, decimo sexto incipien-

te, imperij Tiberij Cæsar, Christus est baptizatus;

erat tunc incipiens annorum triginta.

Suetonius. Annis tribus & amplius clapsi , Christus crucifixus est , anno septimo prefectura Pilati, qui fuit decimus octauus Tiberij.

Suetonius. Quinto post anno Tiberius mortuus est.

Dion lib. 59. C. Cæsar Caligula regnauit annos tres, menses de-

cem & dies octo.

Omnis autem varietas, ut diximus, in Medorum & Græcorum annis numerandis & constituendis ver-

satur. Lunates menses duodecim annum conficiunt, Solari anno inæqualem, quem septendecim dierum intercalatio æquat.

Atque hac vulgaris Hebræorum ratio, nobiscum ab initio mundi, usque ad Babyloniam restitutionem, omnino conuenit: & à Tito eriam ad nostrum usque tempus; ab illis namque subdueta ratio à Ierosolymitanō excidio per Titum facta, ad hunc usque annum, mille, quingentos & tres in summa continet, ex historiis Cæsarum vero obseruantius, Titum anno Christi septuagesimo secundo ferè Hierosolymam vastasse: nunc autem annus nobis currit à Christo nato , millesimus, quingentesimus, septuagesimus primus.

Postea ex Chaldaicis nomina accepta videntur hac serie:

N I S S A N	נִסָּן	1	Martij lunationi re-
I A R	אֶרְאֵל	2	Aprilis. (spondet.
S I V A N	סִיוָּן	3	Maij.
T H A M V Z	תַּמּוֹז	4	Iunij.
A B , s i u c , A B I B	אָבָּא בִּיבָּא	5	Iulij.
E L V L	אֶלְעָלָה	6	Augusti.
T H I S R I	תִּשְׁרֵי	7	Septemb̄is, anni vulga-
M A R C H E S V A N	מְרַחְבָּן	8	Octobris. (tis initiu.
C H I S L E V	כִּיסְלֵוִם	9	Noembris.
T E B E T H	תְּבִיטֵה	10	Decembris.
S E B E T	סְבִּיטֵה	11	Ianuarij.
A D A R	אֲדָר	12	Februarij.

F I N I S.

I V D I C I V M H E N R I C I D V N G H E I C A N O N I C I
A N T V E R P I E N S I S , E X C O L L E G I O C E N S O R V M
A N T V E R P I A E I N S T I T U T O R V M .

HAE C annorum & sacerdorum computatio optimè quidem ordinata est , & ad Bibliorum & historiarum cognitionem valde utilis , & digna ut imprimatur & legatur.

Ita ego D. Henricus Dunghen Canonicus, Reuerendissimi D. nostri Antuerpiensis Episcopi in hac re Commissarius, S. T. Doctor, attestor.

V U L G A R I S H E B R E O R V M N U M E R A T I O
A M V N D I I N I T I O .

Hebræorum vulgus annorum enumerandorum eadem nobiscum & cum Chronicorum auctoribus via, ingressus & progressus, vbi ad secundi templi deuenientur rationes, deflectit , aliamque confiende summa rationem sequitur: nam illi hunc annum Christi millesimum, quingentesimum, septuagesimum primum notant, quinque millesimum, tercentesimum, trigesimum primum, ad proximum usque Septembrem, quo incipiet trigesimus secundus. quorum rationes illæ sunt:

A mundi initio ad egressum ex Aegypto , bis mille, 2448 quadragesitos , & quadraginta octo faciunt annos: qua in re manifesta est ex Scripturis ratio.

Ab exitu ex Aegypto, usque ad templi edificationem obseruantur anni quadragesimi & octoginta, in sacris 480 etiam historiis indicati.

Ad templi vaftationem summa annorum est qua- 410 dringentiorū & decem: transmigrationis annos addunt septuaginta. A restitutione Iudæi ex Babylone, ad 70 Titum usque , illi ponunt quadragesitos & viginti, 420 nullam singularem exponentes rationem. Inde usque ad quater millesimum , centum & septuaginta duos 172 addunt; quibus accidunt mille, trecenti, trigesima v- 131 nus, qui à quatermillesimo, ad hunc usque fluxere.

Omnis